Caesar, de bello Gallico, I, 29

Raum für Notizen

1 In castris Helvetiorum tabulae repertae sunt,
2 litteris Graecis confectae,
3 et ad Caesarem relatae (sunt),
4 quibus in tabulis nominatim ratio confecta erat,
5 qui numerus domo exisset eorum,
6 qui arma ferre possent,
7 et item separatim pueri, senes mulieresque.
8 Quarum omnium rerum summa erat capitum Helvetiorum milia CCLXIII,
9 Tulingorum milia XXXVI, Latobrigorum XIV, Rauracorum XXIII, Boiorum XXXII;
10 ex his,
11 qui arma ferre possent,
12 ad milia XCII.
13 Summa omnium fuerunt ad milia CCCLXVIII.
14 Eorum,
15 qui domum redierunt,
16 censu habito
17 ut Caesar imperaverat,
18 repertus est numerus milium CX.